aquilonis accipiunt gentes torpente frigore infidelitatis nimius in
delicet poenarum terror. Cuius magnitudine solent aliquando
homines tremere. ac singenti corripiantur frigore. Ds in do
mib; ei cognoscetur .i. credetur p fidē. Alia translatio habet
in gradib; eius. P gradt autē intellegunt distinctiones carisma
tū & differentię uirtutū in singulis electis. qui sunt uiti quae do
mus dei in quib; inhabitat & inambulat. Cū suscipiat eā .i. col
ligens eam ad se sponsam suam uidelicet ecclesiam ubi ipse erit. uel etiā coniungendo
sibi eā p fidem non habentem maculam aut rugā. Qm ecce reges congrega
ti sunt. uel hic iā apte de gentium uocatione loquitur. Reges inquit gentiū
cū sibi subiectis congregati sunt in unitate fidei catholicę. Conuener in unū
uel in una fidē ut in unū montē xpm. Ipsi uidentes sic admirati sunt. Sub re
ges gentium .i. intellegentes dispensatione redemptionis suę primo admira
ti sunt. uim diuinę predicationis & maiestatis celsitudinē quę tanta mi
raculo[rum] efficacia & laboris constantia prebebat aplis. Deinde uero contur
bati sunt ppt suos errores & peccata ac demū subsecuta ē. uitalis comotio peni
tentię. Nec solū hoc quin & tremor apprehendit. Ibi dolores ut parturi
entis. Non solū inquit tremore correpti. sed etiā dolore penarū. Nec qua
licumq; dolore. sed maximo & ingenti quali solet ē parturientis .i. pare
re meditantis. In Spū uehementi .i. in acerrima indistrictione futuri
iudicii. Conteres naues tarsis .i. supbia & insolentia potentū huius sclī.
Siue etiā argumenta philosopho[rum] & errores ut inuentiones heret
co[rum] quib; uolant p mare huius sclī impulsi & agitati uento diaboli.
Sciendū aut quia casiodorus hunc locū de natiuitate xpi interpre
tatur. quem mox ut herodes natū audiuit. sciscitantib; a se magis
regē iudeo[rum] timuit pdere regnū iniuste usurpatū. Ideoq; turbat[us]